



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 75. Articulus de constituendis novis Paræciis discussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. LXXV.

*Articulus de constituendis novis Paræciis discussus.*

*Pallav. c. 10  
n. 4. & 5.*

Demum inter propositos articulos, is qui sequebatur, spectabat Paræcias, aliasve Ecclesias, ubi Baptismus conferebatur, in quibus ob animarum copiam, seu ob distantiam, difficultatemve locorum unus Parochus haud satis erat: præscriptum ergo est, ut in priori casu cogerentur ab Ordinario Parochi ad assumendum sufficientem Coadjutorum numerum; in altero autem eventu, si nimirum populus universus commode ad recipienda ibidem Sacramenta, atque ad peragendas sacras preces, vel excipiendum Dei Verbum in uno, eodemque templo convenire nequiret, novæ Paræciæ etiam veteribus Parochis invitæ erigantur, & inter hosce Parochos limites dividantur, novisque sufficientes proventus tribuantur, qui ab Ecclesiæ principalis redditibus subtrahendi forent: ubi

augebant, ac postremum præcipue suspicionem excitabat, morum reparationem ab illis expectatam eo tendere, ut Leges in aliena domo præscriberentur, & non reciperentur in sua: sed cum essent pauci, ac sine asseclis, qui hoc pacto loquebantur, non confutati sunt, sed neglecti.

ubi vero hi satis ad hoc non essent, **Sæc. XVI.**  
 ad eos suppeditandos populi cogantur. **A.C. 1562.**

Porro in prioris Decreti formula legebatur, quod Ordinariis concessa fuisset facultas constituendi novas hæc paræcias, caussa tamen prius cognita, & re cum illarum Ecclesiarum capitulo agitata: verum huic sese opponebant Hispani, affirmantes, quod difficile esset hac tempestate in eandem sententiam convenire Episcopos, & Canonicos: ideo Eustachius Bellajus Parisiensis Episcopus, pluresque alii hujusmodi cautelam esse adhibendam proposuerunt, ut ad deliberandum vocarentur non omnes Canonici, sed duntaxat Seniores; verum hæc Episcopi sententia fuit rejecta, obstantibus magno numero Hispanis, quibus etiam Cæsarei accesserunt: quapropter quoad hoc, aliaque multa capita obligatio Episcopis præscribenda, vi cujus deliberare tenerentur cum suis Canonicis, deleta fuit, ut tali ratione magis pia æmulatio foveretur. Insuper in hoc decreto sancitum, ut Ordinarii in hac occasione se gererent tanquam Sedis Apostolicæ Delegatos, atque sic removerentur obstacula immunitatum, ac privilegiorum: porro hæc clausula postea in reliquis reformationum capitibus adhibita fuit.

Deni-

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

Denique hujus decreti formulæ sequens etiam inferebatur conditio, ut horum beneficiorum uniones sine possessorum, qui vita adhuc superstites sunt, præjudicio fierent.

§. LXXVI.

*Circa Ecclesias, & Sacella ruina proxima deliberatum.*

*Pallav. n. 8.  
& 9.*

Eadem quoque habita est ratio in articulo sequenti, in quo proponebatur remedium pro Parochis vitio aliquo, aut ignorantia laborantibus adhibendum: quæ autem circa hunc articulum fuerint decreta, jam supra meminimus insuper, cum animadverterent Patres, quod multa templa, & Sacella, in quibus Beneficium aliquod erat erectum, decursu temporis collaberentur, hinc deliberabant de transferendis illis beneficiis in Ecclesias principales, seu in alias magis propinquas: ut autem tam memoria fundatorum, Sanctorumque, quibus ea dicata fuerant, quam ejus jura, qui dominium in ea obtinebat, servarentur, ac, si quæ ex his templis collabentibus essent Paræciæ, quocunque tandem modo reficerentur, præscriptum insuper est, ut post factam translationem loca jam sacra possent quidem in usum profanum converti, sed non in  
fordi-